



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

De cultu & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

mini, & qui tam ex mortuis resurrexit, nō amplius moriturus, inter se copulatur: Diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cū corpore, & animo hypostaticam vnionē. Quapropter verissimum est, b tātumdem sub alterutra specie, atque sub vtraq; contineri: totus enim, & integer Christus, sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit.

De Transubstantiatione

CAPVT IV.

Quoniam autem Christus redēptor noster corpus suum id, c quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideo persuasam semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conuersionem fieri totius substantiæ d panis in substantiam corporis Christi, Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius, quæ conuersio conuenienter, & propriè à sancta Catholica ecclesia transubstantiatio est appellata.

De cultu, & veneratione, huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

CAPVT V.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, c quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto patriæ

E 3

cultum

a Rom. 5.
c. semel
Christus.
c. iteratur
c. singuli.
& c. qui
manducant.
de
cōf. dist. 2.
infr. cā. 3.
b Sess. 1.
c. 3. vide
hom. de
pascha.
inter eas
quæ Euse.
Emiffeno
ascribū-
tur, & de
conf. dist.
1. vbi par.
est, & c.
c Luc. 22.
Ioan. 6.
2. Cor. 11.
d c panis
de conf.
dist. 2. c.
cū Matr.
de celeb.
can. 2. in
2. Latera.
Concil.
e infra
can. 6.

cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. neque enim ideò minus est adorandū quod fuerit à Christo Domino, ut sumatur, institutū. nā illum eundem Deum presentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit, a Ex adorēt eū omnes Angeli Dei, quem Magi proidentes adorauerunt: b quem deniq; in Galileæ ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Declarat præterea sancta Synodus, piè et religiosè admodū in Dei Ecclesiam, c inductum fuisse hunc morem, ut singulis anni peculiari quodā, & festo die præcelsum hoc, & venerabile Sacramentū singulari veneratione, ac solēnitate celebraretur, & utq; in processionibus reuerenter & honorificè illud per vias, & loca publica circumferretur. æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, cū Christiani omnes singulari, ac variâ quadam significatione gratos, & memores testentur animos erga communem Dominū, & Redemptorem, pro tam ineffabili, & planti diuino beneficio, quo mortis eius victoria, & triumphus representatur, atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendaciorum heresi triumphum agere; ut eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesie letitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant.

a Psal. 69.

Heb. 1.

Mat. 2.

Mat. 28.

b Luc. 24.

c Urban.

Papa, ci-

tatus Cle-

mentina-

rum li. 3.

de reliq.

& vener.

sanct.

d infra

can. 6.

e 1. Co. 15.

Hebr. 2.